duratiõnem. Unde ſenſus eſt: Ego prodij a patre/ primoge/
nita ante omnem creaturam: id eſt ſum genita ab eterno a pa/
tre/ a quo per me temporaliter proceſſit omnis creatura. Et
ita per hoc conuenient notatur ſecũda pars huius libri: in q̃
agitur de fluxu creaturarum a patre per verbum. Et incipit ibi:
Omnia per ipſum facta ſunt. Per hoc qđ ſequit: Ego
feci in celis vt oriretur lumen indeficiens/ notatur tertia/ et
quarta/ et quinta/ et ſexta pars huius libri: in qua agitur de tem
porali verbi natiuitate ⁊ alijs tribus. Sicut enĩ dicit Johan/
nes damaſcenus: Celum eſt continentia viſibiliũ ⁊ inuiſibili/
um creaturarum: Nam extra celum nulla creatura ẽ. Solus de/
us non includitur celo propter infinitatẽ ſiue immenſitatẽ ſue
eſſentie: Ipſe eſt in ſeipſo modo/ ſicut anteq̃ fieret mũdus: et
hoc ſoli deo conuenit: ſicut vult Aug⁹. In celo igitur mate/
riali intelligitur cõpetẽter eccleſia: que claudit viſibilia quan/
tum ad partem militantem: ⁊ inuiſibilia quantum ad partem
triumphantẽ. Ortum autem luminis in celo materiali vide/
mus quadruplicit. Primus eſt ortus ſolis qui ex ſe lumen ha
bet ⁊ alias ſtellas ſua claritate illuminat. Unde per ortum ſo/
lis ſignificatur ortus chriſti temporal': qui ex claritate ſue di/
uinitatis illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mun/
dum. Item alius eſt ortus luminis in celo materiali: id eſt lu/
ne: que lumẽ habet a ſole/ ⁊ dat ipſum alijs illuminando infe
riora. Item eſt terti⁹ ortus luminis in celo: id eſt luciferi: qui
habet lumen a ſole clarior ceteris ſtellis: quia vicinius illumi/
natur a ſole: Sed nõ dat ipſum lumẽ receptum alijs: quia nõ
illuminat irradiãdo inferiora: ſed tñ oſtendit ſolem qui illumi
nat orbem terre eſſe in ianuis. Item eſt quartus ortus lumi/
nis in celo. ſ. ſtellarum minorum: que quidem lumen recipiunt a
ſole/ ſed non tranſfundunt alijs: ſed neq̃ ſicut lucifer lumen ſo
lis vicinum eſſe oſtendũt: ſed tñ ſm illud lumen acceptũ a ſo/
le fulgent. Per hoc quadruplex lumen ſignificant ea que in
quattuor partibus continent. Nam in tertia parte agitur de
temporali natiuitate chriſti: que per ortum ſolis ſignificatur.
Per ortũ luciferi/ ſignificat ortus iohãnis baptiſte: qui chri/
ſtum in ianuis eſſe oſtẽdit: de quo agitur in quarta parte: ibi:
Fuit homo miſſus ⁊c. Per ortum lune que lumen reci/
pit et tranſfundit/ ſignificatur vocatio apoſtolorum: qui gratiã a
chriſto receptam tranſfuderũt alijs predicando/ ſanando/ mi/
racula faciendo. Unde eis dixit dñs: Uos eſtis lux mundi:
Matth. v. b. Item in eodem: Sic luceat lux veſtra corã ho/
minibus vt videant opera veſtra bona ⁊c. Et de hoc agit in
quinta parte: que incipit ibi: Cõuerſus aũt ieſus ⁊ vidẽs
eos ſequẽtes ſe/ dicit eis: quid queritis ⁊c. In ſex/
ta parte agitur de p̃dicatiõe chriſti ⁊ miraculis eius: que cõ/
muniter pertinẽt ad omnes homines ſaluandos: qđ ſignifica
Ps̃. 96. tur in ortu ſtellarum: de quo dicitur in Ps̃. Lux orta eſt iu/
ſto ⁊ rectis corde leticia: id eſt fidei cognitio intellectũ illumi/
nans ⁊ affectum inflammans. Et hec pars incipit in princi/
pio ſecundi capituli: ibi: Et die tertia nuptie facte ſunt
in chana galilee. De hoc quadruplici ortu luminis dicit
Ecc̃i. xliij. a. Sol in aſpectu ãnuncians in exitu. Hoc ad chri/
ſtũ pertinet: qui in ortu ſuo quo fact⁹ ẽ viſibilis annũciauit di
em gratie adeſſe: et in exitu: id eſt ĩ morte annũciauit diẽ glo/
rie vicinum adeſſe: qui mane habet ſed non veſpere. Poſtea
ſequit: Tripliciter ſol exurit mõtes/ radios igneos in eos exuf/
flans/ et refulgens radijs ſuis obcecat oculos. Montes dicit
omnes fideles ꝓpter vite eminentiam. Obcecat quo ad veri
ſolis comp̄henſionem: quos omnes ſol: id eſt chriſtus exurit.
Et irradiat tripliciter: q: alios irridiat vt ſint lumen haben/
tes et lumen maius ſe oſtendentes/ ſed non alijs dantes: vt io
hannes baptiſta: cuius baptiſma nullam gratiam confere/
bat. Alios irradiat/ ita vt ſint illuminati et illuminantes: vt
apoſtoli Alios illuminat/ ita vt ſint lumẽ habẽtes ſed nõ illu/
minãtes: vt ſimplices. Et hec eſt quadruplex illuminatio: de
qua dicit apoſtolus. j. Corſ. xv. e. Alia eſt claritas ſolis/ ec/
ce ortus luminis primi: id eſt chriſti: Et alia claritas lune/ ec/
ce lumen apoſtolorum: Alia claritas ſtellarum: per hoc tangun
tur alie due illuminatiões: que abinuicem diſtinguuntur per
hoc qđ ſequitur: Stella autem differt a ſtella in claritate: quia
iohannes lumen a chriſto recipiens/ oſtendit lumen eius: alij
ſꝫo recipientes/ nihil oſtendunt/ ſed tñ in ſeipſis fulgent per
fidẽ. Sequitur. Indeficiẽs: in quo notatur ꝙ nõ deficiet ali/
qđ predictorũ luminũ: De quo agitur in ſeptima parte hu⁹
libri: que incipit. xiij. ca. ibi: Ante diem feſtum paſche:
Ibi enĩ incipit rogare ⁊ facere. ꝓ cõſtãtia ⁊ ĩdeficiẽtia omni/
um electorum. In octaua parte agitur de paſſione chriſti: qđ
notatur per hoc qđ ſequitur ĩ themate: Ego ſicut nebula te/
xi omnem carnem: id eſt virtute diuinitatis latentis in carne/
eleuaui omnẽ hominem a terra: id eſt a terrenis defectib⁹: ſi/
cut nebula virtute latentis caloris ⁊ leuitatis eleuatur ſurſum
a terra. Poſtea ſequitur. Ego in altiſſimis habito: ⁊ thronus
meus in columna nubis. Hic ſignificat excellentiſſimus ſtat⁹
humane nature/ quem habuit chriſtus in reſurrectione: ⁊ ha/
bitur⁹ eſt in iudicio: qđ intelligit per thronũ. Et de hoc agi/
tur in nona parte: que incipit. xx. ca. ibi: Una autem ſab/
bati ⁊c. Et ita in vniuerſo in nouem partes diuiditur liber
iſte. Prima eſt de eterna verbi generatione. Secunda de exi/
tu creaturarũ a deo creatore. Tertia de verbi incarnatione p
qđ fit exitus ille creaturarum. Quarta de p̃curſore ſꝫ. i. de io/
hanne. Quinta de vocatiõe apoſtolorum. Sexta de doctrina ⁊
miraculis chriſti ⁊ apoſtolorũ cõmuniter. Septima de cõfir/
matione electorum: que appellatur magnus ſermo dñi. Octa
ua de paſſione. Nona de reſurrectione et apparitione. Sic
patet materia ⁊ diuiſio ſiue continentia huius libri. Intẽtio/
nem autem auctoris: id eſt iohannis euangeliſte qui hunc li/
brum ſcripſit/ determiat Hiero⁹ in prologo quem toti libro
premittit: qui ſequitur.

Explicit Prologus auctoris.

Eiuſdem reuerendiſſimi patris/ dñi Hugonis Cardinalis ⁊c. Prologi ſancti Hieronymi ĩ euã/gelium ſm Johannem: Expoſitio.

Hic eſt iohannes ⁊c. Iſte prologus hieronymi di/
b uiditur in ſex partes. In prima commendat iohan/
nem a multis gratijs quas a deo accepit. In ſecũda
cõmendat eundẽ ab excellentia intelligentie ⁊ ſcripture ſue: q̃
a verbi diuinitate ⁊ eternitate incepit: ibi: Deniq̃ manife
ſtans ⁊c. In tertia parte determinat Hiero⁹ locum vbi io/
hannes ſcripſit euangeliũ ſuũ et ordinẽ ſcribendi ſm hunc in
omnibus libris ſuis: ibi: Hoc autem euãgeliũ ſcripſit.
In quarta parte oſtẽdit Hiero⁹ p̃rogatiuã iohãnis in exi/
tu a corpore reſpectu aliorum: qui omnes per paſſionem exie
runt a corpore/ ipſe autem abſq̃ dolore: ibi: Et hic eſt iohã
nes ⁊c. In quinta determinat quando ſcripſit hoc euangeliũ
iohãnes. ſ. poſt omnes alios euangeliſtas/ ⁊ poſt reditum de
exilio: ibi: Tñ poſt omnes ⁊c. In ſexta oſtendit quare ip
ſe non expoſuit hoc euangelium ⁊ ordinẽ eius ad alios libros
iohannis: ibi: Quorum tñ ⁊c. Cõmendat ergo Hiero⁹ io/
hannem: Primo a noĩe: ſecũdo ab officio: tertio a dignitate:
q̃rto a ꝟginitate. Dic ẽ: a Hic ẽ iohãnes. Hic. ſ. q̃ ſcripſit
h̃ euangeliũ: b Eſt iohanes. i. ĩ quo ẽ grã/ nõ ſolũ gene/
ralis q̃ gratũ facit deo: ſꝫ ſpecialis q̃ familiarior fuit chriſto:
imo ⁊ ſingularꝭ: q: ꝟgo ꝟginẽ cuſtodiẽdã ſuſcepit: ⁊ ſupra pe
ctus dñi ĩ cena recubuit: vbi p̄ ceterꝭ aquã ſcientie/ p̄eminentꝭ
de ipſo fõte potauit.
c Euãgeliſta. i.
officiũ ſcribẽdi h̃ euã
gelium habens. d
Unus ex diſcipu
lis domini. Hic
commendatur a dig
nitate et comitatu.
Dignitas enim mag
na eſt eſſe diſcipulum chriſti: quem tñ iudei ⁊ multi etiã chri/
ſtiani renuũt. Iõ. j. ix. f. Tu diſcipul⁹ illi⁹ ſis: nos aũt moyſi
diſcipuli ſum⁹. e Qui ꝟgo elect⁹ a deo ẽ. Hic laudat
a p̃rogatiua ꝟginitatꝭ. Et põt diuerſimode legi. Primo ſic.

Incipit Prolog⁹ Hiero/nymi ĩ euãgeliũ ſm Johanẽ.

a b c d e Hic ẽſt iohãneſ euãgeli/ſta/ vn⁹ ex diſcipulꝭ dñi: qui virgo elect⁹ a deo ẽ.

Qui exiſtens

¶ Qui/exiſtens/virgo: ita ꝙ virginitas fuit aliqua ratio electionis temporalis. Et hoc dico: quia electio p̄deſtinationis nec cauſam habet nec rationem: tem̄palis v̄o poteſt aliquā rationem habere: ſicut diximus virginitatē vel aliq̄d tale ꝓpt qđ aliquis ē idone⁹ vt eligaꝶ in diſcipulatū: vel poteſt notari tm̄ ꝯcomitantia virginitatis ⁊ electiōis/ non cauſa vel ratio. Vel poteſt ſic legi: Qui elect⁹ a deo: eterna vel tp̄ali electione. Virgo: id eſt vt permaneret v̄go. Et h̄ modo electio cauſa eſt virginitatiſ. Et h̄ expoſitio ma-

a quē b dē nuptijs volentē nubere c vocauit deus. Cūi virgini d tatis in hoc dūplex teſtimoni e um f in euangelio dătur: ꝙ ēt g prę ceteris dilectus ā dño di h citur: Et huic matrem ſuā pen i dēs in cruce cōmēdauit deus k vt v̄ginēm v̄go l ſeruaret. Dē m niqȝ mānifeſtans n in ēuangelio o ꝙ ērat ipſe p incōrruptibilis q verbi opus inchoans: ſōlus r verbum cārnem factum eſſe: s nēc lumen a tenebris comprehenſum fuiſſe t tēſtatur.

gis conſonat ei qđ ſequitur. a ¶ Quē: ſcȝ iohān̄ē. b De nuptijs volētē nubere vocauit de⁹/chriſt⁹. ſ. interiori ⁊ exteriori vocatiōe: homo exteri⁹: de⁹ interi⁹ vocauit. Dicūꝶ autem dupliciꝶ nuptię: ſic vult Aug⁹ in libro de bono ꝯiugali. Primo modo dicuntur nuptię ꝯtractus per verba de p̄ſenti ante carnalem copulā celebratus. Secūdo modo dicuntur nuptię feſtum ſiue ꝯuiuiū: qđ poſt contractū ⁊ ante copulam celebrant coniugati. Hoc vltimo modo ſumunur hic nuptię. Unde dicunt quidam ꝙ iohannes fuit ſponſus nuptiaꝝ. De quibus diciꝶ. j̄. ij. a. Nuptię factę ſunt in chana galileę. Sed hoc non eſt autenticū. Sed ſi hoc: quō fuit virginitas eius ratio vł cauſa ſuę electionis in diſcipulatū? Dicimus ꝙ pie poteſt credi ꝙ iohānes ita nupſit ſicut beata virgo. ſ. cōmendās deo ſuam virginitatē: qđ ſatis videꝶ per h̄ ꝙ chriſtus ſibi beatam virginem cōmendauit. Decens enī erat vt ſimilis ſimilē in virginitate ⁊ voto cuſtodiret: et ita non ſolū virginitas carnis fuit occaſio ſuę vocationis: ſed virginitas carnis coniuncta voto mentis: tm̄ ſub pia conditione. Sed tunc oritur quęſtio: vtrum iohannes habeat aureolā virginū vł amiſerit nubendo vel nubere volendo. Et videꝶ ꝙ ſic: quia ſi voluit nubere/corruptus fuit mente: et conſtat ꝙ aureola non debetur ſoli integritati carnis ſed mentis ⁊ carnis. Sed contra. Ergo eadem ratiōe nec beata virgo habet aureolam. Reſpondeo. Aureola virginū nihil aliud eſt q̄ȝ gloria de incorruptiōe ſiue integritate carnis et finali integritate mētis/ſm̄ quā membrum capiti aſſimilatur excellenti ſimilitudine. Unde credimus ꝙ iohānes ſi corrupt⁹ fuiſſet mēte etiā corruptiōe vitij: qđ nullo modo verum eſt: ſi pęnitens decederet cum finali cōtinentia mentis coniūcta carnis integritati haberet aureolā. Pęnitentia enī integrum reſtituit ⁊ reparat ſtatū mentis: integritas autem carnis irrepabilis eſt: vt dicit Aug⁹ in libro đ ſancta virginitate. Ad id ergo qđ obijciꝶ ꝙ aureola nō debeꝶ ſoli integritati carnis/ſed carnis ⁊ mentis: dicimus ꝙ iohannes vtranqȝ habuit: licet integritatē mentis aliquando amiſerit: ſed illa tamen per penitentiam fuit poſtea reparata. c ¶ Cui/iohanni. ſ. e ¶ Datur/a domino. d ¶ Duplex teſtimonium virginitatis/duplicis: id eſt mentis et carnis: ⁊ vtriuſqȝ excellentis. f ¶ Q: et prę ceteri/diſcipulis: g ¶ Dilectus a dño diciꝶ. j̄. vlt̄. Sed tm̄ non expreſſe habetur in littera ꝙ prę ceteris fuerit dilectus. Sed ex h̄ conijcitur ꝙ ſępe replicatur: Hic eſt diſcipulus quē diligebat ieſus. Sed contra hoc videtur eſſe quędam Glo. ſuper illud. j̄. xxj. d. Simon iohannis diligis me plus his. Dicit enim Glo. Interrogat dñs qđ ſciebat. Ergo petr⁹ plus diligebat ieſū: ergo plus diligebaꝶ: quia tātū vel plus diligit dñs/quantū diligitur: Iuxta illud Prouerb. viij. b. Ego diligētes me diligo. Item cū dicitur/deus diligit: verbum diligēdi ſignificat diuinam eſſentiā/ ⁊ ꝯnotat effectū in creatura: Sed cōſtat ꝙ diuina eſſentia non recipit magis vel minus: ergo ex illa parte non eſt diſtinguere inter dilectionē iohannis ⁊ petri: ergo ex parte effectus cōnotati: ſed effectus ille eſt gratia quę fuit maior in petro: quia plus dilexit: ergo et deus plus dilexit eum. Soł. Ad hoc dicimus ꝙ reuera ex parte dei nulla eſt intenſio vel remiſſio dilectionis/ ſed ex parte connotati. Unde dicunt quidā ꝙ petr⁹ plus diligebatur a chriſto: quia maiorē gratiā habuit: ſed iohannes familiarius diligebatur a domino: quia maiorem familiaritatem chriſtus ei exhibuit: vnde et ſupra pectus eius recubuit. Alij dicunt ꝙ petrus plus diligebat ieſum/ et melior fuit: et iohannes plus diligebatur et fęlicior fuit. Alij dicunt ꝙ petrus et iohannes ęqualiter diligebant et diligebantur. Et ꝙ diciꝶ petrus plus diligere/ et iohānes plus diligi/referꝶ ad duas vitas per illos deſignatas: q̄rū altera. i. actiua ꝑ petrū deſignata feruēti⁹ diligit/cupiēs liberari a curis ⁊ miſerijs qb⁹ implicaꝶ: altera vero: id eſt contemplatiua per iohannem deſignata plus diligitur: quia ſtaꝶ dignior et melior ſm̄ actualem boni participationem. Aliter etiam poſſet dici. Nam cum diciꝶ: Deus diligit petrum: ſenſus eſt: Petrus habet gratiam dei quę ē effectus vł ſignum increatę dilectionis a qua eſt. Eſt autem gratia duplex. Una ad opera actiuę: altera ad opera contemplatiuę: et vtraqȝ manifeſtat increatam dilectionem. Gratia mouens ad opera actiuę excellit in dilectiōe proximi: qđ eſt diligere deū ī imagine ſua: ⁊ poteſt eſſe magis meritoriū. Et hāc habuit petrus: Unde dictum ē tertio: Paſce agnos meos. j̄. xxj. c. Item gratia mouens ad opera contemplatiuę excellit in dilectione dei in ſe/quę eſt gratia dignior: quia materia ei⁹ dignior ē: Et hęc magis expreſſum ſignū ē dilectiōis increatę: hāc habuit iohannes. Et ita quo ad primam gratiam pl⁹ diligebatur petrus/ ⁊ plus diligebat: id eſt ardentius: quo ad ſecundam plus diligebaꝶ iohānes: ⁊ plus diligebat: id eſt dulcius ⁊ ſuauius. Et ſumitur hęc Glo. ab Augſ. ſuper Geñ. iij libro. Sequitur: h ¶ Et huic. ſ. iohanni: de⁹/chriſtus. ſ. i ¶ Pendens in cruce matrem ſuam cōmēdauit/ſpecialiter cuſtodiendam. j̄. xix. e. k ¶ Ut virginem virgo ſeruaret. Hoc enī fuit cōueniens: vt virginem quam magiſter virgo ſeruauerat: id eſt ieſus/diſcipulus virgo ſeruaret. ſ. iohānes. Unde conijcitur ꝙ iohannes ꝯueniebat cum beata virgine ⁊ in virginitate ⁊ ī voto virginitatis: vt eſſet oīmoda ꝯuenientia inter virginem cuſtoditam ⁊ virginē cuſtodientē. Et hoc nō aſſerim⁹: q: non inueniꝶ in dictis ſanctoꝝ. Poteſt etiā ſic itelligi. Ut virgo virginē ſeruaret/mutua cuſtodia: mater virgo diſcipulū virginē: ⁊ diſcipulus virgo virginem matrē. Et hoc ſatis cōſonat verbis dñi: q̄ dixit. j̄. xix. e. Mulier ecce fili⁹ tu⁹: deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Sequitur. l ¶ Deniqȝ manifeſtans. Hęc eſt ſecūda ꝑs prologi: vbi Hiero⁹ cōmendat iohannem ab excellentia ſapientię ⁊ ſcripturę. Et tangit tria quę ponuntur in textu euāgelij: Ęternā generationē verbi ⁊ tem̄palē/ ⁊ ſignificationē miraculi de mutatiōe aquę in vinū/et per cōſequēs alioꝝ miraculoꝝ. Dicit ergo: Deniqȝ/iohānes. m ¶ Manifeſtans/ex modo ſcribendi ⁊ ex natura materię. n ¶ In euāgelio/ qđ ipſe ſcripſit. Quid manifeſtās? o ¶ Q ipſe erat. i. q̄lis ipſe erat. i. cui⁹ animalis figurā ipſe gerebat de illis q̄ vidit Ezech. j. b. Et ipſemet: Apocſ. iiij. c. Statim eñ in p̄ncipio libri loquitur iohānes de ſole ęterno: per qđ patet ꝙ per aquilam figuraꝶ: quę irreuerberato intuitu reſpicit radios ſolares. Vel ſic. m ¶ Manifeſtās ī euāgelio ꝙ ipſe erat. i. q̄lis ipſe erat. ſ. incorrupt⁹ carne ⁊ mēte. p ¶ Incorruptibil verbi op⁹ inchoās. Per h̄ enī ꝙ iohānes incępit euāgeliū đ chriſto ex illa ꝑte vbi oīno incorruptibilis ē/oſtēdit ꝙ ⁊ ipſe incorrupt⁹ erat. Et ꝑ h̄ ꝙ dic/icorruptibilis v̄bi/ꝯfūdit errorē arrij q̄ dicebat chriſtū purā creaturā ⁊ corruptibilē ſimpliciꝶ. q ¶ Sol⁹/iohānes inꝶ quattuor euāgeliſtas. t ¶ Teſtaꝶ verbū/ab ęterno a p̄re genitū. r ¶ Carnē factū eſſe. i. hoiem teſtatur/ ſupple. s ¶ Nec lumen a tenebris cōprehēſū fuiſſe teſtaꝶ. i. teſtatur lumen: id eſt chriſtū in mūdo docentem: nec eſſe comprehenſum: id eſt receptū: a tenebris: id eſt a

☙ tenebroſis iudeis. a ¶Primū ſignū/eoꝝ que publice fe/cit/poſtq̄ cepit predicare. b ¶Ponēs/qꝺ nō aliꝗ. c ¶Qꝺ in nuptijs fecit dn̄s.i.ij.b. d ¶Oſtēdēs:dn̄s.ſ.in illo miraculo. e ¶Qꝺ ipſe erat.i.qꝺ erat.ſ.deus. Ex ipſo eni miraculo oſtendit ſe eſſe deum. Vel ſic. d ¶Oſtēdēs/ipſe iohānes. e ¶Qꝺ ipſe erat/ille ad cu/ius nuptias dn̄s fuit inuitat⁹. f ¶Vt le/gentib⁹/euangeliū hoc. g ¶Demon/ſtraret/iohānes vel ieſus. h ¶Q ubi dn̄s inuitatus ē deficere nuptia/rū vinū debeat.i. iocūditas tempalis vel lex ꝯiugaliſ.q.d. ſi defectu vini mate rialis ſignatū fuit ꝙ in iohāne q dn̄m in/uitauerat/defecit lex carnalis. Et ſic i ip/ſo defecit lex iſta: ita deficit in oībus qui dn̄m inuitant ad nu/ptias ſuas. i ¶Et veteribus/ſacriſi/ciis vel figuris. k ¶Immutatis.i.in melius mutatis. l ¶Noua oīa.ſ.euangelica ſacramenta in veteribus figurata.

Primum ſignū ponēs qꝺ in nuptijs fecit dn̄s/oſtēdēs qꝺ ipſe erat: vt legētibus demon ſtraret ꝙ ubi dn̄s iuitatus eſt deficere nuptiarum vinū de/beat: et veteribus immutatis noua omnia que a chriſto in/ſtituuntur appareant. Hoc autem euangelium ſcripſit in aſia/poſtea q̄ in pathmos in ſula apocalypſim ſcripſerat: vt cui i principio canonis in/corruptibile principium pre/notatur in geneſi: ei etiam in/corruptibilis finis per virgi/nem in apocalypſi redderet/ dicēte chriſto: Ego ſū alpha et o. Et hic eſt iohannes qui ſciens ſuperueniſſe diem re/ceſſus ſui/conuocatis diſci/pulis ſuis in epheſo: per mul ta ſignorum experimēta ꝓ pro mēs chriſtum: deſcendens in defoſſum ſepulture ſue locū: facta oratione poſitus eſt ad patres ſuos: tam extraneus a dolore mortis/q̄ a corruptio ne carnis inuenitur alienus. Tn̄ poſt omnes euangelium ſcripſit: et hoc virgini debe/batur. Quorum tn̄ vel ſcrip/torū temporis diſpoſitio/ vel librorū ordinatio iō a nobis ꝑ ſingula nō exponit/ vt ſciē di deſiderio ꝓ collocato ⁊ que/rētib⁹ fructus laboris et deo magiſterij doctrina ſeruet.

Explicit ꝓlog⁹ Hieronymi.

bent: promerēs chriſtum/ſibi ⁊ alijs quibus predicabat: qui crediderunt ſignis ⁊ miraculis per eum factis. c ¶De/ſcendēs: finito ſermone ſuo ad diſcipulos. d ¶In defoſ ſum ſepulture ſue locum: vbi nihil poſtea inuentum eſt niſi māna ſcaturiens: vt dicitur in legenda eius. e ¶Facta oratione/ pro ſe et populo. f ¶Poſi tus eſt ad patres ſuos: id eſt ad ange los: quoꝝ incorrup/tionem eſt imitatus: et ideo pr̄es eius fue rūt: ſm̄ ꝙ dic Gre/go⁹ in moral. Vnuſ/quiſq̄ patrē habet quem imitatur. Vel g ¶Ad patres ſu os: id eſt p̄iarchas et prophetas/quoꝝ fidem ⁊ morem imi/tat⁹ ē. h ¶Tā ex/trane⁹ a dolore mortis: q̄ a cor/ruptione carnis iuenitur alien⁹. Ex hoc qꝺ dicit h: Al. ꝓ colla et ex illo qꝺ dicitur i fine libri: Sic eū vo/lo manere: Et quia i ſepulchro non inuen tum eſt corpus ei⁹: Al. ꝓ prom

m ¶Que a chriſto inſtituūtur/ꝑ ſe ⁊ apl'os. n ¶Ap/pareāt/ꝑ effectū. Leuit.xxvi.b. Nouis ſuperuenientib⁹ ve/tera proijcietis. o ¶Hoc aūt ⁊c̄. Tertia pars: vbi oſtendit Hiero⁹/ vbi et quo ordine ſcripſit iohānes euangeliū ſuū.ſ. in aſia: ⁊ vltimo inter libros ſuos. Vnde dicit: Hoc autem euāgeliū ſcripſit in aſia: vbi ante exilium predicauerat chriſtū filium dei eternū eſſe ⁊ incorruptibilem. Sed heretici dū fuit in exilio ꝑdicauerūt chriſtum incepiſſe i tempe ⁊ oīno eſſe corruptibilē. Scripſit dico: p ¶Poſtea q̄ in path/mos iſula apocalypſim ſcripſerat/iohānes.ſ. Path/mos eſt inſula vbi domician⁹ iohānē i exiliū miſerat: vbi apo calypſim vidit ⁊ ſcripſit ꝯ̄t eoſdē hereticos i parte: ſed mor/tuo domiciano/cōmuni decreto ſenat⁹ romani fuit reuocat⁹ in aſiā: vbi ſcp̄ſit euāgeliū. q ¶Vt cui i pꝛicipio canonis incorruptibile pꝛicipiū prenotat in geneſi: ei etiā incorruptibilis finis ꝑ virginē in apocalypſi red/deret. Senſus eſt: Ideo ſcripſerat iohannes apocalypſim: vt cui incorruptibile ꝑncipiū prenotat in principio canonis:

Gen.i.a. id eſt in Geneſi: vbi dicitur: In ꝑncipio creauit deus celum ⁊ terram: Eidem incorruptibilis finis redderet in apocalypſi ꝑ virginem: id eſt per iohannē: per hoc qꝺ dixit: Ego ſum al/pha et ω.i. principiū et finis. Redderet inquā/ r ¶Dicen/te chriſto/in Apoc. vlt.c. s ¶Ego ſum alpha et ω: id eſt principiū ⁊ finis: Et per h̄ non habens ꝑncipiū neq̄ fi/nem. t ¶Et hic eſt iohānes. Quarta pars: vbi oſtendit Hiero⁹ ꝓrogatiuam iohānis per modum migrationis a ſe/culo: quia alien⁹ a dolore migrauit ad dn̄m. Dicit ergo: Et hic eſt iohānes. Hec ꝯiūctio/et/copulat hanc ꝓrogatiuā predictis. v ¶Qui ſciēs/dn̄i reuelatione: x ¶Superue niſſe: id eſt deſuper a deo veniſſe. y ¶Diem receſſus ſui a ſeculo. In hoc etiam cōmendat iohānes ꝙ preſciuit mor/tem ſuam: qꝺ paucis datur. z ¶Cōuocatꝭ diſcipulis ſu is: quibus vſq̄ ad mediam noctem ſermonem fecit. a ¶In epheſo/ciuitate metropoli: q̄ eſt i medio aſie: vt dic Chriſ. b ¶Per multa ſignorum experimēta promēs chri ſtum.ſ. manifeſtās: q2 ſigna ⁊ miracula que ipſe iohānes fa/ciebat/faciebat i noīe chriſti: ⁊ ideo ꝑ oīa promebat chriſtū: vel per ſigna que poſuit chriſtū manifeſtauit. Aliqui libri ha/

arguūt aliqui ꝙ iohānes non fuit mortuus/ ſed viuus traſla tus. Sed Glo. ſuper illud: Sic eum volo manere: dicit aper/te ipſum accepiſſe mortis abſolutionē: qꝺ verum eſt/ſed ſine dolore. Conueniens eni fuit vt cui nō fuerat dn̄ata ꝯcupiſcē/tia que mortem induxit/non dn̄aretur effectus ꝯcupiſcentie: id eſt dolor mortis. Sed eadem ratiōe: immo fortiori: chriſt⁹ alienus fuit a dolore mortis: quia magis fuit extrane⁹ ab om/ni corruptione. Sed dicimus ꝙ incorruptio nō fuit cauſa im/munitatis a dolore/ſed voluntas dn̄i qui ipſum iohannem a dolore mortis immunē fecit in laudem virginitatis: et pro no bis dolorem mortis dn̄s ſuſtinuit i noſtram redemptionem. Vn̄ Eſa.liij.b. Dolores noſtros ipſe tulit ⁊c̄. l ¶Tn̄ poſt oēs euāgelium ſcripſit. Quinta pars: in q̄ oſtendit Hie/ro⁹ ordinem huius euangelij ad alia euangelia: quia vltimo fuit ſcriptum. Licet eni pre ceteris dilect⁹ fuerit ⁊ tot habue/rit prerogatiuas: tn̄ poſt oēs: id eſt alios tres euāgeliſtas: k ¶Euāgelium ſcripſit/iſtud. l ¶Et hoc.ſ. vltimo ſcribe/re: m ¶Virgini debebatur: non per modum obligatio/nis/ſed per modum conuenientie. Bene eni conueniebat vt qui chriſto fuit familiarior ⁊ ſecreta ipſi⁹ pleni⁹ nouerat/alio/rū ſcripta vltimus ſcribēdo ⁊ approbaret ⁊ omiſſa ab eis ſup/pleret. n ¶Quorum tn̄. Sexta pars: vbi oſtendit Hiero⁹ quare non expoſuit hoc euangeliū/ nec oſtendit ordinē ei⁹ ad alios libros ſuos.i. apocalypſim et canonicas epiſtolas. Vn̄ dic: Quorum tn̄.q.d. Hiero⁹: merito ita ſcripſit iohānes apocalypſim et euangeliū: Quorum tn̄ vel ſcriptorum temporis diſpoſitio: id eſt ratio vel cauſa qua prius ſcri/pta fuerint. o ¶Vel librorum ordinatio: id ē ratio ordi/nationis librorum iohannis: p ¶Ideo a nobis per ſin/gula nō exponitur: id eſt expreſſa oratione. q ¶Vt ſciē di deſiderio collocato.i. i loco tali poſito vt maiori de/ſiderio ſciēdi excitato. r ¶Et querentibus/ rationē quare apocalypſis vltimo ponatur/cū primo fuerit ſcripta: et euā/gelium prius/cum vltimo fuerit ſcriptum. s ¶Fructus laboris/ habiti in querendo hanc rationem t ¶Et deo magiſterij doctrina ſeruetur: cuius ſolius eſt occulta reuelare. q.d. Hiero⁹: non volui aſſignare rationem qua/re iohānes vltimo inter euangeliſtas ſcripſerit: et quare libri ſui ita ordinentur: vt apocalypſis vltimo ponat: ⁊ euangeliū

☙ prius: cum ali⁹ fuerit